

215
HONOR EXEQUIALIS

VIRO-JUVENI

Nobilissimo Per-eximio atq; Clare-Docto

**DNO. JOHANNI
CHRISTOPHORO
HAHN,**

Philosoph. & L L. Cultori

indefesso,

Cum

In ipso flore ætatis, Annum XXIII.

agens,

Feria I. Paschatos, die XXI. April. MDCCXV.

foecundâ viræ beatioris spe placidè in Domino

obdormivisset,

EXUVIÆ QUE EJUS

Die XXIX. April. in Templo Tragheimensi,

honorabili atque frequenti stipatæ comitatu,

ad latus B. Parentis deponerentur,

debitè exhibitus

à

BEATE DEFUNCTI

**FRATRIBUS ET CONSANGUINEIS
INTUS NOMINATIS.**

REGIOMONTI,
Litteris REUSNERIANIS.



* * *

E jam amice compello
 Viator,
 ut ad beati mei Fratris
 Tumulum paulisper quiescas,
 Qui vivens ætatis suæ
 Cursum Musis consecraverat;
 quas ita colebat,
 ut in perpetuo motu,
 testantibus id Academiae Doctoribus,
 inveniretur;
 Sed ecce!
 in optimo ætatis flore
 aderat Mors
 OMNIS MOTUS obex,
 quæ, dum dividebat Individuum hocce
 in corpus & animam,
 Ipsum jubebat quiescere.
 Et certe degit nunc in quiete,
 ut ceu lumen ab occasu (qui omnino motus est)
 alienum

perpetuo luceat.
 Non substitit utique in Cursu;
 sed metam Agonis attingit,
 Rectoque Fidei calle servavit vitam,
 Sicque motus hujus felicissimus
 terminus fuit
 MORS BEATA.

Hinc illi in Beatorum sede
 reposita est Corona Justitiæ.
 Nil amplius itaque superest, quam
 ut Amantissimo meo Fratri,
 quem æque ut oculos meos
 dilexi,

Monumentum erigam.
 Erexerat olim Antiquitas
 Columnas triumphales Semiramidi,
 Aras Liviæ, Arcus Pulcheriæ,
 Liviam Augustam habitu Junonis
 Claudius Imperator,
 Drusillam habitu Veneris Cajus,
 Faustina septem planetis cinctam
 Antoninus fecit in Cælum evolare.

Ne vero
 Beato meo Fratri
 Unguenta Cedrique desint,
 Hunc ipsi erigo Honoris Cippum:
 RITE, PIE, JUSTE ET SOBRIE VIXIT.
 Quæ Monumenta ipsi sufficiant.

lugens posuit DEFUNCTI Frater natu maximus
M. Joh. Bernhardus Hahn,
 Lingvar. Prof. Publ.



Chst Du denn so bald von hier
 An den Ort der Himmels-Freuden
 Treuer Oheim! wie sind wir
 In so unvermuthes Leyden
 Über Deinen Todt gesetzt?
 Das uns Marck und Bein verlest!

Denn Du giengst ins Gottes-Hausß
 Deinen Heyland zu verehren/
 Aber Ach! eh' es war aus/
 Mußt du schwach zurücke kehren/
 Und das war Dein letzter Gang/
 Weil die Kranckheit auff Dich drang.

Dem Du Palmen hast gestreut (*)
 Geh't aus seinem finstern Grabe
 Als ein Sieger mit der Beut/
 Führt bey seinem Sieges-Stabe
 Dich aus dieser Lebens-Zeit
 In die süße Ewigkeit. (**)

Drumb so glaubst Du festiglich/
 Daß die ganz erstarrte Glieder
 In dem Grab nicht ewiglich
 Bleiben würden; sondern wieder
 Aufersteh'n zur Herrlichkeit/
 Die dir Jesus hat bereit!

Nun so schlaff mein Herzens-Freund
 In der Erd/ bey Deinem Vater/ (***)
 Es kan dir hinfort kein Feind
 Schaden/ denn dein Heyl-Berather
 Jesus/ schützet Dein Gebein/
 Bis Du gehst zum Himmel ein.

Dein Andencken soll bey mir
 Stets in meinem Herzen wohnen/
 Bis dort vor dem Lamme wir
 Werden legen unsre Krohnen/
 Und in alle Ewigkeit
 Rühmen die Dreyfaltigkeit.

(*) Am Palm-Sonntage/ war des Wohlseeligen
 letzter Gang in die Traghelmische Kirche/ wo
 selbst Er sich seine Ruh-Stätte ausersehen.

(**) Der Wohlseelige starb eben am Tage der Aufer-
 stehung Jesu.

(***) Der Wohlseelige liegt neben seinem Hn. Vater/ dem
 Wohlseeligen Hn. Secundar-Hoffprediger Hahn.

Mit betrübtem Herzen wolte hiemit den Wohlseeligen/ als seinen
 herzlichsten Oheim/ zu seiner Ruhe begleiten/

Daniel Heinrich Krumbholz/
 S. Ministr. Candid. & Scholæ Parochialis
 Collega.

Pf. XXXIV. 21.

Apoc. IV. 10. 11.

Nulla falus paci, bellum deposcimus omnes;
Sic martis totò cantat in orbe chorus.
O! DEus in quæ nos servasti secla misellos,
Quæis jacet alma quies, sanguine cuncta madent.
Felix, DEFUNCTE, es, venientia tempora tutus,
Et quæ nos remanent, turbida fata, vides.

*Hoc, ad amicitiam, & debitam erga beatum PATRUELEM
officio statem testificandam, posuit*

Carolus Henricus Hahn,

LL. Stud.

Neu mihi! nunc longas in fletum ducere voces
Cogor, item lacrymas fundere sæpe meas.
Mœror enim natus Dilecti ex morte PARENTIS
Nondum cessavit, Vulnus adest aliud:
Dum FRATREM charum germano sanguine junctum
E vivis subitò mors inopina rapit.
Siccine FRATER abis, Agilis, vernantibus annis,
Hunc linquens mundum, siccine FRATER abis?
Quid causæ subsit, vix indagare juvabit,
Non cœco ex fato talia namque fluunt.
Sed, si quis charus superis, quem diligit Altus,
Ex misero in cœlos hunc trahit orbe DEus.
Molliter ossa tua, ô FRATER, penes ossa PARENTIS
In tumulo jaceant, inque quiete cubent!
Tu DEus, interea FRATRES reliquos, SENIOREM
Imprimis serva, ac prosperitate bea,
Quò mihi mox studia incepturo Academica præsit,
Conatusque omnis sit Cynosura mei!

*Pauca hæc, quibus prematurum obitum Fratris sui dilecti
deplorat, Funusque ejus, absens licet corpore, præ-
sens tamen animo, comitatur, Lycæa transmittit
BEATI Frater germanus natu minimus*

Jacobus Ernestus Hahn.

